

aduersus Lutheranos, C quos veluti omnium flagitiosissimos execrantur; instigare non cessant. Deinde ranae sunt theologii sophistae, qui clamorosis disputationibus, Romani pontificis potestatem omnium maximam esse in caelo & in terra & sub terra vociferantur. Nam & declamatores illi facundissimi, qui magnis vocibus sanctitatem reliquaque beatissimi illius patris egregias virtutes & portentosa miracula prolugestu deprædicant, quo ad obedientiam pariter ac reuerentiam eius permoueant vniuersos. M Proinde tres isti spiritus ab ore draconis, bestiae & pseudoprophetae procedentes, bene tanis comparantur: quia in luto diuitiarum manentes, & contra veritatem Euangelicam garrulae & loquaces in tribus partibus, quarum vnam constituunt Antichristus & fautores eius, alteram præcones Euangelici, & fautores eiusdem: tertiam simplices aut desides, de neutra parte curantes: quod totus mundus ante vulgationem huius prophetiae sic explanat non nouit implerum. A Sed bene habet, quod sola Euangelij vox potest oēs huiusmodi ranae quamlibet clamorosas & vocales facile compescere, est enim veritas mendacio longe fortior.

14. Sunt enim Spiritus dæmoniorum facientes signa, vt procedant ad reges terræ & totius mundi, ad congregandum illos in prælium die illius magni Dei omnipotentis.

SYNT ENIM SPIRITVS DÆMONIORVM. M Dicuntur omnes isti Antichristi & impostores spiritus dæmoniorum, propterea quod non nisi à demonibus, missi & impulsus loquuntur, habet enim suos ministros Satan, qui sumpta Apostolorum Christi persona se ostentant quasi sint ministri iustitiae, quum tamen ipsa sint pseudoapostoli, operarij subdoli, inimici crucis Christi, ac Satanae ministri: quorum finis erit iuxta opera eorum, 2. Corin. 11. d. 15. FACIENTES SIGNA. Nimirum, iuxta Apostolum Paulum, mendacia, 2. Thess. 2. c. 9. Qualia fuerunt illa, quae per fratres Dominicastrum apud Bernam Helueticorum, & virgo illa apud Augustin Vindelicomum, quae hominibus eius verbis, alioqui callidissimis ac prudentissimis, sese absque vilo corporalis cibi adminiculo vitam degere persuasit, & similia quaedam quae in Annalibus temporum hinc inde videre est. A Signa etiam edunt huiusmodi hypocritae, summam sanctitatis speciem præ se ferentia: vt in monachis ac monialibus videre est, qui quum nihil aliud curent quam regni Antichristi propagationem & defensionem, videntur tamen Christi negotium agere, & ea duntaxat quae Spiritus Dei sunt curare, vnde simplices facile captiuantur & ceteris omnibus sanctiores habentur. VT PROCEDANT AD REGES TERRÆ. M Tam efficax in eis est Satanae spiritus qui in eis agit, vt regum & principum corda ad Euangelij odium facile accendant. s Mirum vero quam efficaces sint in hoc efficiendo sanctuli illi, qui regum ac reginarum audiunt confessiones. Hinc solet illos pontifex Romanus motu proprio & ad nullius instantiam haud spernendis dignitatibus Ecclesiasticis cumulare & cohonestare, quo sibi eos huiusmodi beneficijs obstrictos reddat, & per eos ad potentissimorum regum secreta cordium penetret. ET TOTIVS MVNDI. A Haec particula ostendit, Antichristi regnum priusquam aboleatur, longe lateque propagatum iri: ne quis ex multitudinis iudicio pendeat. Quare in sequentibus plura. AD CONGREGANDVM ILLOS. M Scilicet contra veros prædicatores & Euangelij amatores, qui horrendos Antichristi abusus & errores ferre nequeunt. Sed frustra pugnant reges ac principes aduersus Euangelium; A quia mundus transit & concupiscentia eius: 1. Ioh. 2. c. 27. Verbum autem Domini manet in æternum, Esa. 40. b. 8. & 1. Petr. 1. d. 25. Adhæc, quamuis illi cum sui similibus (imo cum longe inferioribus) bellum gerere videantur, ipsum tamen Dei Filium in verbo ipsius oppugnant, & eum è folio, in quo à Patre collocatus est, deiecere conantur. Ideo rectissime Dauid. Quare, inquit, tumultuatae sunt gentes, & populi meditati sunt inane? Atterunt reges & principes terræ, consilium inierunt simul aduersus Dominum & aduersus Christum eius, &c. Habitans in caelis ridebit eos, & Dominus subsannabit eos, tunc loquetur ad eos in ira sua, &c. Psalm. 2. a. 1. In suum ergo, non impiorum exitum præliantur huiusmodi potentes ab Antichristi ministris impulsus, Ideo sequitur. IN PRÆLIVM DIEI ILLIVS. Quia bellum aduersus Deum geritur, & dies ille & victoria Domini dicitur. s Dies Domini magnus in Scripturis vocatur, quo magno aliquo & stupendo miraculo suam exerit potentiam, atque se vnum esse Deum orbis vniuersi manifestum facit, dum pios malis eripit, impios vero diris cruciatibus perdit: qualia multa sacra historia tradit, & Prophetæ subinde memorant. Mire vero solatur pios nihil posse vniuersos orbis reges aduersus Christum. Quod duobus epithetis, nimirum Magni & Omnipotentis, Iohann. significare voluit. Nam Dominus rex & magnus super omnem terram, Pl. 47. a. 3. Dominus fortis & potens. Dominus potens in prælio, Ibidem, 24. c. 8. Vnde & Dominus exercituum vocari solet. Quis igitur rex audeat manum cum illo conferere, & victoriam sibi polliceri? Adhæc omnipotens dicitur, quippe qui vt omnia solo verbo creauit, ita quasuis aduersarias potestates solo nutu in nihilum redigere possit. Nemo igitur armatus hominum manum moueat, sed potius Dei nostri omnipotentiam oculis conspiciat: & videbit homines nihil aliud quam bellam & vanitatem esse, quantalibet potentia instructi esse videantur. Vnde Prophetæ, Cessare, inquit, ab homine, cuius in nare est spiritus. Quae enim in re reputatur? Esa. 2. d. 22. Et Christus. Ne metuat ab ijs qui occidunt corpus, &c. Mat. 10. c. 7. 8.

15. Ecce venio sicut fuit. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

ECCO VENITO SICVT FVR. M Loquitur nunc Iohannes in persona Christi, qui aduentum suum fuit comparat. id quod & Apostoli post ipsum faciunt. 2. Thess. 2. c. 2. & 2. Petr. 3. b. 10. hac quidem ratione, quod ne cogitantibus quidem impijs quicquam de eo præsto adsit. Pij vero inuigilant, & ad signa quae Christus prædixit coniecturas faciunt, haud longe abesse, & ad excipiendum illum ita vitam suam attemperant, vt in omni momento futurum expectent. A Sed hac de re plura vide. Mat. 24. c. 36. & 25. a. 13. & Lu. 12. c. 36. & 21. g. 34. & 1. Thess. 5. a. 4. BEATVS QVI VI-

GILAT. s Vigilantiam in hoc nobis summopere commendant cum Christus tum Apostoli, quo impiorum caueamus editores, ne abiecto timore Domini, fiducia in Deum, innocentia, ac beneficentia erga proximos, nudi subinde & bonis operibus vacui in aduentu Domini appareamus. Quo pertinet decem virginum similitudo à Christo proposita: quam ita concludit, Vigilate ergo: quia nescitis diem neque horam, Mat. 25. a. 13. ET CVSTOD. VEST. SVA. M Per vestimenta, vitæ puritatem & innocentiam, adeoque Christi iustitiam, quae nobis fide communicatur intelligitur: iuxta sententiam Apostoli, dicentis. Quicumque in Christo baptizati estis Christum induistis, Gal. 3. d. 27. Felix igitur, qui exuto veteri homine cum actibus suis, nouum qui secundum Deum creatus est, mature ac serio inducit. ET VIDEANT TVR. RIVS. s Hæc turpitudine piaua cordis studia ac consilia designat, quibus cum contra Deum tum contra proximum machinantur: quae tum omnibus patebunt, vt testatur Apostolus. 1. Cor. 4. a. 5. Proinde qui Christi nomine in hoc seculo affliguntur, non erubescant: quia eorum opprobrium in summam gloriam conuertetur. Contra qui, ne in conspectu hominum ludibrio habeantur, nihil pro Christo pari volunt, sibi maxime timeant: quia tota huius mundi gloria in summam ignominiam commutabitur.

16. Et congregauit illos in locum qui vocatur Hebraicè Armageddon.

ET CONGREGAVIT ILLOS IN LOC. M De diabolo principe tenebrarum loquitur, qui in filijs contumacibus agit. Eph. 2. a. 2. & ex carceribus huius seculi reges ad prælium contra Euangelium instigat, ducitque quocumque voluerit. QVI VOCATVR HEBRAICÈ ARM. Ex insigni aliquo, suo etiam ex infami euentu loca in scripturis nomina sortiuntur. Sic est ԿՐԴՈՒԿԱ Sepulchra concupiscentiae. Num. 11. g. 34. Et מִיִּסְרִיבָה Aqua contradictionis, Ibidem vicesimo, d. 24. & similia in Scripturis. Ita hoc loco per anticipationem מִן מִנְרֵיָהוּ quod fortassis verti potest, Exercitus vastationis, seu interfectionis: vel ipso infami nomine præ se ferens, quid tandem Antichristianis copijs euenturum sit. Hier. (quem imitatur Aurigallus in locis Hebraicis) מִן מִנְרֵיָהוּ interpretatur montem quendam in quo castra Israelitica figi solita erant. Alijs magis placet Armageddon dici montem Euangelij, vel euangelizationis, aut montem pomorum vel fructuum selectorum. Et sane non ob aliud aduersus pios digladiantur reges ac principes terræ, quam ob Euangelium Christi, cui omnem potestatem subiecit esse decet.

17. Et septimus Ang. effudit phialam suam in aerem: & exiit vox magna de templo caeli à throno, dicēs, Factum est.

ET SEPTIM. ANG. M Nunc describit Ioh. finalem aduersariarum potestatum & malignorum spirituum damnationem, quae multo acerbior futura est post diem iudicij quam nunc, quum adhuc in aere caliginoso habitant, sicuti dictum est. 2. Petr. 2. a. 4. ET FVDIT PHIALAM SVAM. s Huius loci verus interpret est Paulus, quum dicit, Non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos: rectores tenebrarum seculi huius, aduersus spirituales astutias in caelestibus, Eph. 6. b. 12. Quibus verbis ostendit Antichristum cum suis copijs à Satana aduersus pios impelli, adeoque nobis in hac palestra negotium esse haud cum hominibus quos videmus, sed vel maxime cum ipsissimo Satana huius mundi principe, ac Deo huius seculi, quem non videmus. Dicuntur vero daemones à Christo potestas tenebrarum, quod suis mendacijs & imposturis incautos homines in varios abducant errores ac densissimas tenebras, in quibus vsque versantes veritatis lumen haud agnoscant. Quamobrem & Apost. scelera atque flagitia opera tenebrarum (hoc est ignorantiae Dei) vocat, item ipsos quoque incredulos tenebras appellat. Eratis, inquit, aliquando tenebrae, &c. Eph. 5. b. 8. A Et, Lux in tenebris lucet: & tenebrae eam non comprehenderunt, Io. 1. a. 5. s Potro spirituales astutias in caelestibus, vocat, quod aerem interitum caliginosum inhabitent ad exercendum homines, donec vna cum impijs in infernum (hoc est in locum quempiam damnatorum, quem Gehennam Christus appellare consuevit, Mat. 5. 22. Lucas Euangelista abyssum c. 8. d. 31. Ioh. noster Puteum abyssi. Supra. 9. a. 1. Petr. Tartarum. 2. Epistol. 2. a. 4.) ablegentur: quando se te probis dicturus est iudex. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius, Mat. 25. d. 41. 5. Finem igitur Saranici regni adesse nuntiat hic septimus Angelus. FACTVM EST. M Hoc est omnia consummata sunt, quae continentur in dictis septem phialis sicuti iam patet ex manifesta eorum expositione. Per quae denuntiatur finem mundi iam instare. s Vel factum est, nimirum Christo & Deo regnum abolita in vniuersum aduersaria potestate iuxta quod in sanctis Scripturis prædictum fuit, & ab æterno definitum. s Sic alibi dixit Ioha. in diebus vocis septimi Angeli, quum cœperit tuba canere, consummandum esse mysterium Dei, sicut Euangelizauit seruis suis Prophetis. Supra 10. c. 7.

18. Et facta sunt fulgura: & voces, & tonitrua, & terræ motus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræ motus adeo magnus.

ET FACTA SVNT FVLGVA, ET VOCES. s Huiusmodi rebus mire concuti solent ij qui Deum non agnoscunt adeoque parum illi fidunt. Quem admodum videmus vbi hæc sunt vt conseruari animo fluctuant vt expallescant, vt ve trepident, nescientes quo fugiant, quidque consilij capiant, desperationi pene proximi. Quid igitur facturi sunt omnes impij, vbi hæc supra humanam æstimationem, qualia nunquam antea à condito mundo horrenda apparebunt, vbi tota orbis concutietur machina, iam vna cum impijs collapsura? de quibus Marth. vicesimo quarto c. 29. & 2. Petr. 3. c. 12. Potro omni fulgure magis horrenda erit impijs apparentis Christi iudicis maiestas Matthæi 25. cap. 11. Voces autem & tonitrua vox ipsa Christi horrenda & terribilis, qua interficiet impium Esa. 11. a. 4. & 2. Thess. 2. b. 8. A Quod si ad nouissima Euangelicæ prædicationis tempora hæc referre libet, expositio fulgurum, vocum ac tonitruum magui petenda est ex ca. 4. b. 5. & 8. b. 5. ET TERRÆ MOTVS FACTVS EST MA. G

Fff 2 Quando